28. Je tremblais à chaque action que je faisais, sachant que vous ne pardonnez pas à celui qui pèche.

29. Que si après cela je suis un impie, pourquoi aurais-je travaillé en vain?

30. *Il est vrai que*, quand j'aurais été lavé dans l'eau de neige, et que la blancheur de mes mains éblouirait les yeux par son éclat,

31. *Votre lumière, Seigneur*, me ferait paraître à moi-même tout couvert d'ordures, et mes vêtements m'auraient en horreur.

32. Je n'aurais pas à répondre à un homme semblable à moi, ni à contester avec lui comme avec mon égal.

33. Il n'y a personne qui puisse reprendre *celle des* deux parties *qui se trouvera avoir tort*, ni mettre la main entre elles deux *pour les accommoder*.

34. Qu'il retire sa verge de dessus moi, et que sa terreur ne m'épouvante point;

35. Et alors je parlerai sans l'appréhender; car je ne puis pas répondre étant plein de crainte.

28. Verebar omnia opera mea, sciens quod non parceres delinquenti.

29. Si autem et sic impius sum, quare frustra laboravi?

30. Si lotus fuero quasi aquis nivis, et fulserint velut mundissimæ manus meæ;

31. Tamen sordibus intinges me, et abominabuntur me vestimenta mea.

32. Neque enim viro qui similis mei est, respondebo; nec qui mecum in judicio ex æquo possit audiri.

33. Non est qui utrumque valeat arguere, et ponere manum suam in ambobus.

34. Auferat a me virgam suam, et pavor ejus non me terreat.

35. Loquar, et non timebo eum; neque enim possum metuens respondere.

CHAPITRE X.

Suite de la réponse de Job à Baldad.

1. Ma vie même m'est devenue ennuyeuse. Je m'abandonnerai aux plaintes contre moi-même, je parlerai dans l'amertume de mon âme.

2. Je dirai à Dieu : Ne me condamnez pas; faites-moi connaître pourquoi vous me traitez de la sorte.

1. Tædet animam meam vitæ meæ, dimittam adversum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.

2. Dicam Deo : Noli me condemnare; indica mihi cur me ita judices.

31. *Tamen sordibus intinges me.* Quoique Job ne se sente coupable d'aucun crime, cependant il n'est pas assez sûr de lui-même pour oser dire que, devant Dieu, sa justice sera trouvée sans tache. Saint Paul dit de même : *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum* (I. Cor., IV, 4). Il n'ose pas entrer en jugement avec Dieu, suivant cette pensée du Psalmiste (Ps. CXLII) qui dit à Dieu : N'entrez pas en jugement avec votre serviteur, car il n'y a pas un homme qui puisse se justifier devant vous.

CAP. X. — 1. *Tædet animam meam vitæ.* Job continue ses plaintes. Il fait de nouveau le tableau de sa misère, et il conjure le Seigneur d'épargner en lui l'ouvrage de ses mains. Le début de ce chapitre jusqu'au verset 13, fait l'objet de la 2e et de la 3e leçon du premier nocturne de l'office des morts.

---

28. *Verebar omnia opera mea.* Quasi dicat : Illud etiam me cruciat, quod non satisfacio mihi ipsi; et si quæ bona agere mihi videor, timeo ne aliqua in eis pravitas lateat, aut defectus, quem tu justissimus impune abire non permittas.

29. *Si autem.* Quod si, quantumvis coner, adhuc mihi, tanquam impius essem, timendum est, quasi peccata peccatis cumulem, et frustra laboraverim et laborem, cur longiorem vitam optem tot anxietatibus plenam?

30. *Fulserint velut mundissimæ.* Chald. habet, *sapone mundatæ fuerint.*

31. *Sordibus intinges me.* Ostendes me sordibus maculatum esse. — *Abominabuntur me vestimenta mea.* Adeo fœdus, turpis, sanissus et purulentus apparebo, ut ipsa mea vestimenta, si sensus illis detur, me sint aversatura, vel abominabilem ostensura; sordida enim vestimenta argumenta sunt scabiei et ulcerum latentium.

32. *Neque enim viro.* Non erit res cum alio homine, cum quo ex æquo disceptare possim, quem verbis circumvenire, aut mendaciis, etc., decipere.

33. *Non est qui utrumque.* Non agitur cum æquali, ut major sit aliquis; ad quem sit provocatio, aut quem arbitrum eligere possimus, qui possit arguere utrumque, et jubere dicto esse audientes, suam interponendo auctoritatem.

34. *Auferat a me.* Itaque tantam reformido potentiam, et postulo ut virgam punitionis auferat a me, nec me terreat, illam mihi intentando.

35. *Loquar, et non timebo.* Hoc si ille faciat, jam audentior factus, metu deposito, pro mea innocentia loqui aliquid audebo.

CAP. X. — 1. *Tædet animam meam vitæ meæ.* Licet eo deductus sim ut mihi ipsa vita gravis sit et odiosa. — *Dimittam.* Vel sensus est, prætermittam, omittam me tueri : vel sensus est, dolori habenas laxabo, et de rebus quæ mihi molestiam exhibent verba faciam. — *Adversum me.* Idem valet quod *super me*, vel *de rebus meis.* Nam particula עַל proprie *hal*, *super* significat.

2. *Cur me ita judices.* Quonam meo scelere offensus, aut qua causa impulsus, ita me affligas.

3. Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, et opprimas me opus manuum tuarum, et consilium impiorum adjuves?

4. Numquid oculi carnei tibi sunt; aut sicut videt homo, et tu videbis?

5. Numquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora,

6. Ut quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris?

7. Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere?

8. Manus tuæ fecerunt me, et plasmaverunt me totum in circuitu; et sic repente præcipitas me?

9. Memento, quæso, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me?

10. Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti?

11. Pelle et carnibus vestisti me; ossibus et nervis compegisti me;

12. Vitam et misericordiam tribuisti mihi, et visitatio tua custodivit spiritum meum.

13. Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia universorum memineris.

14. Si peccavi, et ad horam pepercisti mihi; cur ab iniquitate mea mundum me esse non peteris?

15. Et si impius fuero, væ mihi est; et si justus, non levabo caput, saturatus afflictione et miseria.

3. Pourriez-vous vous plaire, *ô mon Dieu*, à me livrer à la calomnie et à m'accabler, moi qui suis l'ouvrage de vos mains? pourriez-vous favoriser les mauvais desseins des impies?

4. Avez-vous des yeux de chair? et regardez-vous les choses comme un homme les regarde?

5. Vos jours sont-ils semblables aux jours de l'homme, et vos années sont-elles comme ses années,

6. Pour vous informer de mon iniquité, et faire une exacte recherche de mon péché?

7. Et pour savoir que je n'ai rien fait d'impie, n'y ayant personne qui puisse me tirer de vos mains?

8. Ce sont vos mains qui m'ont formé; ce sont elles qui ont arrangé toutes les parties de mon corps : et voudriez-vous après cela m'abîmer en un moment?

9. Souvenez-vous, je vous prie, que vous m'avez fait comme un vase d'argile; et me réduiriez-vous en poudre?

10. Ne m'avez-vous pas fait d'abord comme un lait qui se caille, comme un lait qui s'épaissit *et* qui se durcit?

11. Vous m'avez revêtu de peau et de chair, vous m'avez affermi par des os et par des nerfs.

12. Vous m'avez donné la vie et comblé de bienfaits; et le secours continuel que j'ai reçu de vous a conservé mon âme.

13. Quoique vous teniez toutes ces choses cachées en vous-même, je sais néanmoins que vous vous souvenez de tout ce que vous avez fait *en ma faveur*.

14. Si j'ai péché, et si vous m'avez épargné sur l'heure, pourquoi ne permettez-vous pas que je sois à présent purifié de mon iniquité?

15. Si j'ai été méchant, malheur à moi! mais si je suis juste je ne lèverai point la tête, étant accablé d'affliction et de misère.

15. *Et si impius fuero.* Suivant l'Hébreu : Si je suis impie, malheur à moi! Si je suis juste, je ne lèverai point la tête, je ne m'en glorifierai pas, étant rassasié d'opprobres, et voyant mon indigence et le besoin que j'ai continuellement de votre secours. Si j'osais lever la tête et me glorifier de vos dons, vous me poursuivriez comme une lionne.

---

3. *Numquid bonum tibi videtur, si calumnieris?* Quasi dicat : Nequaquam, cum justus sis et benignus. — *Consilium impiorum.* Qui me perditum sunt.

4. *Oculi carnei.* Oculi quales hominum sunt, qui ea tantum vident quæ exterius apparent; Deus enim corda et reones scrutatur.

5. *Sicut dies hominis dies tui.* Homines enim brevis ævi sunt, et experimento paulatim multa discunt; tu æternus es, et nihil te unquam latuit.

6. *Ut quæras iniquitatem.* Itaque cum noveris omnia, estne tibi opus diuturna inquisitione, ut veritatem explores, et an sim sceleris alicujus reus cognoscas? Nullo modo.

7. *Et scias.* Cum ipse plane noveris plusne sim an impius, me tamen mille modis versas, nec ut de sonto ultimum supplicium sumis, nec ut innocentem dimittis. Versiculum hunc ita vertunt Pagninus et Vatablus : *Tu scis quod non impie egi, et tamen non est qui de manu tua eruat.* — *Cum sit nemo.* Cum scirem certissime neminem manus tuas scelerum ultrices evadere posse.

8. *In circuitu.* Omni ex parte. — *Et sic repente præcipitas me.* Cum opus manuum tuarum sim, potius decere videtur ut me conservatum velis integrum et incolumem.

9. *Et in pulverem reduces me.* Cito rediturus sum in pulverem ex naturali conditione mea; non est ergo quod me urgeas et premas malis, et vitæ meæ spatium contractius reddas.

10. *Sicut lac.* Nonne sicut ex coagulato pressoque lacte formatur caseus, sic tu me ex vili obscenaque materia finxisti?

12. *Misericordiam.* Beneficentiam. — *Visitatio.* Gubernatio. — *Spiritum meum.* Vitam meam.

13. *Celes.* Dissimules me malis afterendo.

14. *Ad horam.* Id est, postea, tunc in me non animadvertisti. — *Cur ab iniquitate.* Cur jam, quando id tam obnixe precor, non mundas me ab illa iniquitate, ut sic et plagarum causas tollas, et ipsas plagas, tuumque beneficium sit perpetuum et constans?

15. *Si impius fuero.* Sive justus sim, sive injustus, obnoxius sum malis quæ immittis in me.

16. Vous vous saisirez de moi à cause de mon orgueil, comme une lionne, vous me tourmenterez de nouveau d'une manière terrible.
17. Vous produisez contre moi des témoins, vous multipliez sur moi votre colère, et je suis affligé des maux, comme d'une armée.
18. Pourquoi m'avez-vous tiré du ventre de ma mère? Plût à Dieu que je fusse mort et que personne ne m'eût jamais vu!
19. J'aurais été comme n'ayant point été, n'ayant fait que passer du sein de ma mère dans le tombeau.
20. Le peu de jours qui me restent à vivre ne finiront-ils point bientôt? Donnez-moi donc quelque relâche, afin que je puisse un peu respirer dans ma douleur,
21. Avant que j'aille, sans retour, en cette terre ténébreuse, qui est couverte de l'obscurité de la nuit;
22. Cette terre de misères et de ténèbres, où habite l'ombre de la mort, où tout est sans ordre, et dans une éternelle horreur.

16. Et propter superbiam quasi leænam capies me, reversusque mirabiliter me crucias.
17. Instauras testes tuos contra me, et multiplicas iram tuam adversum me, et pœnæ militant in me.
18. Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret.
19. Fuissem quasi non essem, de utero translatus ad tumulum.
20. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum;
21. Antequam vadam et non revertar, ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine;
22. Terram miseriæ et tenebrarum, ubi umbra mortis, et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

CHAPITRE XI.

Discours de Sophar.

1. Sophar, de Naamath, parla ensuite de cette sorte :
2. Celui donc qui parle beaucoup n'écoutera-t-il pas aussi? et suffira-t-il à un homme d'être un grand parleur pour paraître juste?
3. Pensez-vous que tous les hommes doivent se taire pour vous seul? et croyez-vous qu'après vous être moqué des autres, il n'y aura personne qui vous confondre.
4. Car vous avez dit : Mes paroles sont pures, et je suis sans tache devant vos yeux.

1. Respondens autem Sophar Naamathites, dixit :
2. Numquid qui multa loquitur, non et audiet? aut vir verbosus justificabitur?
3. Tibi soli tacebunt homines? et cum cæteros irriseris, a nullo confutaberis?
4. Dixisti enim : Purus est sermo meus, et mundus sum in conspectu tuo.

18. *Quare de vulva.* Job en revient à regretter sa naissance. Il déplore de se voir ainsi frappé par la colère de Dieu sans pouvoir désarmer ce qui a attiré sur lui de pareils châtiments. Il y a dans la vie de ces instants terribles où l'homme peut souhaiter la fin de son existence sans faire de péché. Il n'est pas défendu à celui qui est si fortement éprouvé de demander à Dieu de faire cesser l'épreuve, soit en l'appelant à lui, soit en lui donnant une vie meilleure. La fin de ce chapitre, depuis le verset 18, fait l'objet de la dernière leçon de l'office des morts.

21. *Antequam vadam.* Ces deux derniers versets ont beaucoup souffert dans l'Hébreu. Les uns croient que les expressions de Job doivent s'entendre du tombeau ; les autres les entendent du lieu où les âmes des justes étaient alors retenues.

Cap. XI. — 2. *Numquid qui multa loquitur.* Sophar est irrité de la résistance de Job, qui ne peut se ranger à l'avis de ses compagnons. Dès le premier mot son mécontentement perce, et il prétend que Job ressemble à ces adversaires qui multiplient les cris et les paroles à défaut de bonnes raisons.

16. *Propter superbiam.* Pro, *velut ob superbiam*, quasi dicat : Ita me tractas, ut soles superbos. — * *Quasi leænam.* Vocem hebraicam שחל *sciahal*, putant aliqui pantheram significare. *Reversusque.* Id est, denuo, rursus; πάλιν, ut habent LXX.

17. *Instauras testes... contra me.* Quot afflictiones, et mala me premunt quasi tot testes sunt, quibus ut scoleratus, et tot pœnas meritas revinci videor. — *In me.* Contra me.

19. *Fuissem quasi non essem. Fuissem quasi non fuissem*, ut vertit Vatablus.

20. *Numquid non paucitas.* Quandoquidem, brevi finienda vita est, saltem exiguum hoc spatium mihi quietis indulge. — *Ut plangam paululum.* Hebr. *et confortabo paululum*, scilicet cor meum. Chald. *Et recolligam me paululum.* LXX, *ut quiescam parum.* — *Dolorem.* De peccatis, aut vitæ miseriis.

21. *Terram tenebrosam.* Sepulcrum. — *Mortis caligine.* Quam mors secum affert.

22. *Umbra mortis.* Tenebræ densissimæ. — *Nullus ordo.* Ordo enim non est in sepulcris in quibus solutorum cadaverum ossa et cineres confunduntur. — *Sempiternus horror.* Quem putredo et fetor accedentibus ingerunt.

Cap. XI. — 2. *Qui multa loquitur.* Multa Job locutus amicis ejus videbatur, quia iis quæ dixerat non assentiebantur. — *Non et audiet?* In Hebr. *non respondebitur? Justificabitur.* Numquid multiloquio te justum ostendes.

3. *Tacebunt homines.* Tibi non audentes contradicere, nec quæ attulisti refutare. — *Irriseris.* Eorum dicta et rationes non admittendo. — *A nullo confutaberis!* In Hebr. est, *non confunderis*, aut *judices!*

4. *Purus est sermo meus.* Vera, sincera et sine labe est doctrina mea. — *In conspectu tuo* Scilicet, o Domine Deus.

5. Atque utinam Deus loqueretur tecum, et aperiret labia sua tibi;
6. Ut ostenderet tibi secreta sapientiæ, et quod multiplex esset lex ejus, et intelligeres quod multo minora exigaris ab eo, quam meretur iniquitas tua.
7. Forsitan vestigia Dei comprehendes, et usque ad perfectum omnipotentem reperies?
8. Excelsior cœlo est, et quid facies? profundior inferno, et unde cognosces?
9. Longior terra mensura ejus, et latior mari.
10. Si subverterit omnia, vel in unum coarctaverit, quis contradicet ei;
11. Ipse enim novit hominum vanitatem, et videns iniquitatem, nonne considerat?
12. Vir vanus in superbiam erigitur, et tanquam pullum onagri se liberum natum putat.
13. Tu autem firmasti cor tuum, et expandisti ad eum manus tuas.
14. Si iniquitatem, quæ est in manu tua, abstuleris a te, et non manserit in tabernaculo tuo injustitia;
15. Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, et eris stabilis, et non timebis.
16. Miseriæ quoque oblivisceris, et quasi aquarum quæ preterierunt recordaberis.

5. Qu'il serait à souhaiter que Dieu parlât lui-même avec vous, et qu'il ouvrît sa bouche,
6. Pour vous découvrir les secrets de sa sagesse, et la multitude des préceptes de sa loi! Vous comprendriez alors qu'il exige beaucoup moins de vous que ne mérite votre iniquité.
7. Prétendez-vous sonder *tout* ce qui est caché en Dieu, et connaître parfaitement le Tout-Puissant?
8. Il est plus élevé que le ciel; que ferez-vous? Il est plus profond que l'enfer; comment le connaître?
9. La longueur de la terre et la largeur de la mer *nous étonnent;* mais il s'étend au delà de l'une et de l'autre.
10. S'il renverse tout, s'il confond tout ensemble, qui pourra s'opposer à lui?
11. Car il connaît la vanité des hommes. Et leur iniquité étant présente à ses yeux, ne la considère-t-il pas attentivement?
12. L'homme vain s'élève en des sentiments d'orgueil, et il se croit né libre comme le petit de l'âne sauvage.
13. Mais pour vous, vous avez endurci votre cœur contre les châtiments de Dieu; et vous élevez vos mains vers lui.
14. Si vous bannissez l'iniquité de vos œuvres, et si l'injustice ne demeure point dans votre maison,
15. Vous pourrez alors élever votre visage sans tache, vous serez stable, et vous ne craindrez plus.
16. Vous oublierez même la misère, *elle* passera dans votre souvenir, comme un *torrent* qui s'est écoulé.

10. *Si subverterit omnia.* On ne peut nier le souverain domaine de Dieu sur ses créatures. Il a le droit assurément de renverser tout ce qu'il a fait et de détruire tout le monde physique. Il peut également frapper l'homme. Cependant il ne doit pas le faire sans motif. Comme le dit Bossuet, Dieu a besoin d'avoir raison. Sophar semble dire que la toute-puissance de Dieu lui permet de disposer de tout comme il lui plaît, et il y a ici de l'exagération.

5. *Deus loqueretur.* Si enim te Deus ipse responsione dignaretur, statim vecordiam tuam agnosceres.

6. *Multiplex esset lex ejus.* Pagnin. ex hebræo vertit, *quia meruisti duplicia secundum legem.* Vatablus, *quia duplo majora secundum legem.* Alii vertunt, *duplicia ad statutum.* Aliqui docent multiplicem dici legem, quod ad minima quæque se extendat, neque possit homo vel minimo verbo labi, quin a divina lege deviet; ita D. Thomas, Lyran. Burgens. Dionys. Alii multiplicem dici existimant, quod abdita sint, a nostra cognitione remota, et inscrutabilia divina judicia; ita Phillip. in Catena. Alii, quod multa a nobis exigat; ita Titelmann. et Ferus. Alii, juxta allatas ex hebræo versiones multiplicem legem explicant, quod ad secundum ejus rigorem agatur, multo graviorem pœnam exigat, quam sit irrogata; ita Pagnin. et hebraizantes. Alii multiplicem legem, id est, duplicem interpretantur, ut sensus sit : intelligeres duplicem esse divinam legem, et aliquando quidem severe punire, aliquando vero (quod tibi scitiit) pro peccatorum gravitate, humanitter et benigne; ita Pinæda. Vel tandem sensus est : multiplex est lex ejus, ideoque in eam multipliciter peccatur; ita Emman. Sa.

7. *Vestigia Dei comprehendes.* Per vestigia Dei. — *Usque ad perfectum.* Perfecte. Sententia versiculi est, Deum et illius opera ab homine comprehendi non posse, ideoque quæ ab illo fiunt accusari, aut damnari non debere.

8. *Excelsior.* Immensus est.

10. *In unum coarctaverit.* Si late diffusa ad breve loci spatium contraxerit.

11. *Ipse enim novit hominum vanitatem.* Videtur hoc referendum ad id quod dixerat supra, num. 5. Utinam Deus loqueretur tecum, etc., quasi dicat : Facile posset te redarguere, quia oculis ejus clarissime patet vanitas et iniquitas hominum.

12. *Vir vanus.* Insipiens. — *Tanquam pullum onagri.* Ut silvestris asini pullus stolide ferox est, et nulli se legi subjectum putat; talis tu, Job, videris, qui divinæ punitionis jugum fers impatienter.

13. *Firmasti.* Cum in tua sententia obstinatus sis et impatiens ad flagella Deum tamen oras, et te exaudiri posse putas.

15. *Levare poteris faciem.* Vultum attollere, et ad Deum erigere ut illum ores. — *Absque macula.* Scilicet eris. LXX habent : *Fulgebit facies tua tanquam aqua pura, exues autem sordem.* — *Eris stabilis.* In statu fœlici, quem tibi dabit Deus.

16. *Et quasi aquarum.* Ut enim de aqua quæ per alveum defluxit amplius non curamus, ita præteritarum ærumnarum oblivisceris. Vel vix, aut leviter recordaberis.

17. Lorsque votre vie semblera être dans son couchant, vous paraîtrez comme le soleil dans l'éclat de son midi; et lorsque vous vous croirez perdu, vous vous lèverez comme l'étoile du matin.

18. L'espérance qui vous sera proposée vous remplira de confiance, et vous dormirez en une entière assurance, étant environné de profonds fossés.

19. Vous jouirez d'un repos que personne ne pourra troubler; et plusieurs vous supplieront de les regarder favorablement.

20. Mais les yeux des méchants seront couverts de ténèbres; ils périront, sans qu'il leur reste aucun moyen d'échapper; l'abomination de l'âme, deviendra leur espérance.

17. Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam; et cum te consumptum putaveris, orieris ut lucifer.

18. Et habebis fiduciam, proposita tibi spe, et defossus securus dormies.

19. Requiesces, et *a* non erit qui te exterreat; et deprecabuntur faciem tuam plurimi. [a *Levit.* 26. 6.]

20. *a* Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis, et spes illorum abominatio animæ. [a *Lev.* 26. 16.]

CHAPITRE XII.

Réponse de Job à Sophar.

1. Job répondit, et dit :

2. N'y a-t-il donc que vous qui soyez hommes? Et la sagesse mourra-t-elle avec vous?

3. J'ai du sens aussi bien que vous, et je ne vous suis point inférieur, car qui est celui qui ignore ce que vous savez?

4. Celui qui devient comme moi l'objet des railleries de son ami invoquera Dieu, et Dieu l'exaucera : car on se moque de la simplicité du juste.

5. *C'est* une lampe que les riches regardent avec mépris, et qui est prête *à luire* au temps marqué.

6. *Les* maisons des voleurs publics sont dans

1. Respondens autem Job, dixit :

2. Ergo vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia?

3. *a* Et mihi est cor, sicut et vobis, nec inferior vestri sum; quis enim hæc, quæ nostis, ignorat? [a *Infr.* 21. 3.]

4. *a* Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum, et exaudiet eum; deridetur enim justi simplicitas. [a *Prov.* 14. 2.]

5. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum.

6. Abundant tabernacula prædonum,

19. *Requiesces.* Sophar revient au sentiment d'Eliphaz et de Baldad. Il croit avec eux que quand Job se sera purifié de ses fautes, le bonheur matériel, la fortune avec tous ses avantages lui reviendront. Il fait ainsi du bien-être de cette vie la conséquence inévitable de la pratique de la vertu, et c'est la l'erreur philosophique qui leur est commune. La vertu cesserait, dans cette hypothèse, d'être désintéressée, et elle perdrait, par conséquent, un de ses plus grands charmes.

Cap. XII. — 6. *Abundant tabernacula prædonum.* L'homme injuste est dans l'opulence; tandis que l'innocent est dans la misère, voilà précisément le phénomène moral qu'il s'agissait d'expliquer. Job rappelle Sophar à la question. Son contradicteur avait été arrogant, il l'humilie d'abord dans sa science, en lui disant qu'il a le tort de se prévaloir de sa science comme s'il en savait plus que les autres, tandis que dans son argumentation il ne se repose que sur la toute-puissance de Dieu qui lui permet de disposer de tout avec une autorité souveraine. Job observe que c'est là une vérité élémentaire si connue, que les animaux eux-mêmes pourraient l'enseigner. Il développe à son tour cette vérité en termes plus magnifiques que Sophar lui-même, mais il observe que la question morale qui les occupe n'est pas par là résolue.

17. *Ad vesperam.* Cum tibi adesse credideris ultimum diem, tunc lux meridiana felicitatis affulgebit.

18. *Et habebis fiduciam.* In hebræo est, *et confides quod sit spes.* — *Defossus securus dormies.* Etiam sub terra, etiam in sepulcro, nullusque sepulcrum in quo jacueris violabit. * Vel sensus est, etiamsi defodiaris in terram. Fortasse vox *defossus* lecti mollitiem significat, in quo quis dum dormit quasi sepulcro defossus jacet, plumis aut lanis, quibus factus est lectulus, ponderi corporis cedentibus, * ἐντυπᾶς ἐν λεχέσι, dixit alicubi Apollonius Rhodius 1, *impresso in lecto corporis vestigio.*

19. *Deprecabuntur faciem tuam.* Eris enim potens, et multi auxilio tuo indigebunt, * et tibi blandientur.

20. *Deficient.* Expectando, et non obtinendo quod optant. — *Effugium peribit ab eis.* Evadere, effugere non poterunt mala. — *Abominatio animæ.* In Hebr. est, *spes eorum erit dolor animæ*, ea credo de causa, quia *spes quæ differtur affligit animam*, Proverb. 13, 12. Vulgatæ sententia esse videtur; tandem spes illorum recident in rem odiosissimam, sollicet in æternum supplicium.

Cap. XII. — 2. *Et vobiscum.* Soline vos sapientiæ estis in mundo?

4. *Simplicitas.* Integritas.

5. *Apud cogitationes divitum.* Divites enim et potentes superbi nihili illam faciunt in cogitatione et mente sua. — *Parata ad tempus statutum.* Qualis sit et quanti facienda tempore a Deo constituto apparebit.

6. *Tabernacula prædonum.* Domus potentium, qui in alios violenti sunt et injusti.

et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.

7. Nimirum interroga jumenta, et docebunt te, et volatilia cœli, et indicabunt tibi.

8. Loquere terræ, et respondebit tibi; et narrabunt pisces maris.

9. Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit?

10. In cujus manu anima omnis viventis, et spiritus universæ carnis hominis.

11. *a* Nonne auris verba dijudicat, et fauces comodentis, saporem? [a *Infr.* 34. 3.]

12. In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia.

13. Apud ipsum est sapientia, et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam.

14. *a* Si destruxerit, nemo est qui ædificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. [a *Isa.* 22. 22.]

15. *a* Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; et si emiserit eas, subvertent terram. [a *Apoc.* 3. 7.]

16. Apud ipsum est fortitudo et sapientia; ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur.

17. Adducit consiliarios in stultum finem, et judices in stuporem.

18. Balteum regum dissolvit, et præcingit fune renes eorum.

19. Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat;

20. Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens.

l'abondance, et ils s'élèvent audacieusement contre Dieu, quoique ce soit lui qui leur ait mis entre les mains tout *ce qu'ils possèdent.*

7. Interrogez les animaux, et ils vous enseigneront *la même vérité;* consultez les oiseaux du ciel, et ils seront vos maîtres.

8. Parlez à la terre, et elle vous répondra; et et les poissons de la mer vous *en* instruiront *aussi.*

9. Qui ignore que c'est la puissance de Dieu qui a fait toutes ces choses?

10. *C'est* lui qui tient dans sa main l'âme de tout ce qui a vie, et tous les esprits qui animent la chair des hommes.

11. L'oreille ne juge-t-elle pas des paroles, et le palais, de ce qui a du goût?

12. La sagesse est dans les vieillards; et la prudence est *le fruit* de la longue vie.

13. La sagesse et la puissance sont en Dieu; c'est lui qui possède le conseil et l'intelligence.

14. S'il détruit, nul ne pourra édifier; s'il tient un homme enfermé, nul ne lui pourra ouvrir :

15. S'il retient les eaux, tout deviendra sec; et s'il les lâche, elles nonderont la terre.

16. La force et la sagesse résident en lui; il connaît, et celui qui trompe, et celui qui est trompé.

17. Il fait tomber ceux qui donnent conseil *aux autres* en des pensées extravagantes, dont la fin est malheureuse; et il frappe d'étourdissement les juges.

18. Il ôte le baudrier aux rois; et il ceint leurs reins d'une corde.

19. Il fait que les pontifes sont privés de leur gloire, et que les grands tombent par terre.

20. Il fait changer de langage à ceux qui aimaient la vérité; et il retire la science des vieillards.

18. *Præcingit fune renes eorum.* La corde autour des reins était le signe de l'esclavage. C'est comme si Job disait : Il fait descendre les rois de leur trône et les réduit de maîtres qu'ils étaient, à la condition d'esclaves. Dans toute la dernière partie de ce chapitre, Job montre la souveraine puissance de Dieu qui n'est pas moins maître dans l'ordre moral que dans l'ordre matériel, mais qui l'est d'une autre manière.

7. *Nimirum interroga.* Videtur necti hic versiculus cum superiore : nam proxime dixerat dedisse Deum omnia in manus hominum; nunc autem quod dixerat confirmat universorum testimonio, quæ sentire videntur et agnoscere non propter se, suique gratia, sed propter hominem condita esse. — *Docebunt te.* Per prosopopœiam personam intelligentiæ partiepem jumentis tribuit. Vel per metonymiam, quasi dicat : Ipse rerum aspectus faciet te cognoscere, ex ipsis scies.

11. *Nonne auris verba dijudicat.* Quasi dicat : Ipsi nos sensus ad Dei cognitionem per obscura licet vestigia deducunt.

12. *In antiquis.* Ideo in senibus major est prudentia, quia diuturnior experientia plura illos docuit, illique possunt melius de his judicium ferre quam juvenes, quales aliqui ex vobis sunt.

14. *Incluserit.* Ad extremas angustias redegerit. Chald. *incluserit hominem in sepulcro.*

17. *In stultum finem.* Illos *apprehendit in astutia eorum*, ut dicitur supra c. 5, n. 13, * facitque ut ipsorum consilia felicem exitum non sortiantur. — *In stuporem.* Reddit illos fatuos et stupidos, ut nesciant quid consilii capiant.

18. *Balteum regum dissolvit.* Regia dignitate et illius insignibus privat, et ad paupertatem et mendicitatem redigit.

19. *Sacerdotes.* Sacrorum principes. Aliquando tamen etiam laici principes sacerdotes appellantur in sacris Litteris; hoc enim etiam significat vox hebræa כהן *cohen.* Vide dicta Gen. 14, 18. — *Supplantat.* Evertit, de statu dejicit.

20. *Commutans labium veracium.* In hebræo est, *removet labium veracibus.* Sensus est, silere facit eos qui se veraces et sapientes putant. * Vel sapientium quorum consilia oracula videbantur, infatuat et irrita reddit. — *Auferens.* Consilia senum, qui sibi sapere videntur, insipientia esse ostendens.

21. Il fait tomber les princes dans le mépris ; et il relève ceux qui avaient été opprimés.

22. Il découvre ce qui était caché dans de profondes ténèbres, et il produit au jour l'ombre de la mort.

23. Il multiplie les nations et il les perd, et il les rétablit après la ruine.

24. Il change le cœur des princes qui sont établis sur les peuples de la terre ; il les trompe, et il les fait marcher inutilement par des routes égarées.

25. Ils marchent à tâtons parmi les ténèbres, au lieu de marcher dans la lumière du jour ; et il les fera chanceler à chaque pas, comme un homme qui est ivre.

21. Effundit despectionem super principes, eos, qui oppressi fuerant, relevans.

22. Qui relevat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis.

23. Qui multiplicat gentes et perdit eas, et subversas in integrum restituit.

24. Qui immutat cor principum populi terræ, et decipit eos ut frustra incedant per invium ;

25. Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce et errare eos faciet quasi ebrios.

CHAPITRE XIII.

Suite de la réponse de Job à Sophar.

1. J'ai vu de mes yeux toutes ces choses, je les ai toutes comprises.

2. Ce que vous savez ne m'est point inconnu, et je ne vous suis point inférieur.

3. Mais je veux néanmoins parler au Tout-Puissant ; et je désire m'entretenir avec Dieu,

4. En faisant voir auparavant que vous êtes des fabricateurs de mensonges, et des défenseurs d'une doctrine corrompue.

5. Et plût à Dieu que vous demeurassiez dans le silence, afin que vous pussiez passer pour des sages.

6. Ecoutez donc les réprimandes que j'ai à vous faire ; prêtez l'oreille au jugement que mes lèvres prononceront.

7. Dieu a-t-il besoin de votre mensonge? a-t-il besoin que vous inventiez des faussetés pour le défendre?

1. Ecce omnia hæc vidit oculus meus, et audivit auris mea, et intellexi singula.

2. Secundum scientiam vestram et ego novi ; nec inferior vestri sum.

3. Sed tamen ad Omnipotentem loquar, et disputare cum Deo cupio ;

4. Prius vos ostendens fabricatores mendacii, et cultores perversorum dogmatum.

5. Atque utinam taceretis, ut putaremini esse sapientes.

6. Audite ergo correptionem meam, et judicium labiorum meorum attendite.

7. Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?

CAP. XIII. — 4. *Et cultores perversorum dogmatum.* Les amis de Job, en voulant tout expliquer dans le monde moral par l'action exclusive de la puissance divine, se jetaient dans une erreur qui pouvait les conduire à des conséquences déplorables. Car, dans l'ordre moral il y a beaucoup de choses que Dieu laisse faire et qu'il ne fait pas lui-même. Il est était ainsi de l'affliction de Job. Ses amis voulant qu'elle ait Dieu pour auteur, comme Dieu ne peut punir que les coupables, ils ne croyaient en droit de supposer que Job avait commis des crimes. Il proteste contre cette calomnie, et dit que Dieu n'a pas besoin du mensonge pour sa justification.

21. *Effundit despectionem.* Reddit illos contemptibiles.

22. *Profunda de tenebris.* Inclytos facit eos qui despecti jacuerant in tenebris, ingnobili, et ab omnibus contempti. — *Umbram mortis.* Eos qui obscurissimi prius, et plane ignoti fuerant

23. *Multiplicat gentes.* Incrementum dat regnis, populosque numero auget.

24. *Immutat cor principum.* Borda enim regum in manu Domini sunt. — *Decipit.* Errare facit, cum eorum consilia in irritum cadere facit. — *Frustra incedant per invium.* Frustra res novas moliantur, ut cum religionem mutare student, aut jura recentisque consuetudines convellere nituntur, et novas vias agendique rationes inducere : in Hebr. est *errare eos facit in nihilo ;* quod italice proverbio videtur respondere, *Perdersi in un cucchiaro d'acqua.*

25. *Palpabunt.* More cæcorum.

CAP. XIII. — 1. *Omnia hæc.* Quæ tam vos quam ego de divina potentia e providentia disputavimus.

2. *Secundum scientiam vestram.* Hoc est quod dixerat superiori cap. n. 3 ; *Et mihi est cor sicut et vobis, neque inferior vestri sum ; quis enim hæc quæ nostis ignorat?*

3. *Sed tamen ad Omnipotentem.* Quia a vobis doceri nihil possum, ideo cum Deo, qui vera est sapientia, disceptare cupio, ut ab illo audiam quod mortalium nemo docere potest.

4. *Cultores perversorum dogmatum.* Aliqui ex hebræo vertunt, *medici inutiles vos omnes.*

5. *Ut putaremini esse sapientes.* Nam juxta dictum Salomonis : *Stultus si tacuerit, sapiens reputabitur.* Proverb., 17. 28.

6. *Correptionem meam.* Hebr. *disputationem meam.* LXX, *increpationem meam.* — *Judicium labiorum meorum.* Quid ego de proposito argumento sentiam.

7. *Numquid.* Deus non indiget vestris dolis et mendaciis, ut scilicet mihi scelera, quæ non admisi, affingatis, quasi propter ea juste Deus me puniat.

8. Numquid faciem ejus accipitis, et pro Deo judicare nitimini :

9. Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur ut homo, vestris fraudulentiis?

10. Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem ejus accipitis.

11. Statim ut se commoverit, turbabit vos, et terror ejus irruet super vos.

12. Memoria vestra comparabitur cineri et redigentur in lutum cervices vestræ.

13. Tacete paulisper, ut loquar quodcumque mihi mens suggesserit.

14. Quare lacero carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis?

15. Etiam si occiderit me, in ipso sperabo ; verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam.

16. Et ipse erit salvator meus ; non enim veniet in conspectu ejus omnis hypocrita.

17. Audite sermonem meum, et ænigmata percipite auribus vestris.

18. Si fuero judicatus, scio quod justus inveniar.

19. Quis est qui judicetur mecum ? veniat ; quare tacens consumor?

8. Est-ce que vous prétendez favoriser Dieu, *lorsque* vous vous efforcez de défendre sa justice *en offensant sa vérité?*

9. Dieu prendra-t-il plaisir *à ce déguisement*, lui à qui rien n'est caché? ou se laissera-t-il surprendre, comme un homme, à vos tromperies?

10. Lui-même vous condamnera, parce que vous entreprenez de défendre ses intérêts par des raisons qui vous sont entièrement cachées.

11. Aussitôt qu'il fera paraître sa colère, il vous épouvantera et il vous accablera par la terreur de son nom.

12. Votre mémoire sera semblable à la cendre, et vos têtes ne seront plus que comme de la boue.

13. Demeurez un peu dans le silence, afin que je dise tout ce que mon esprit me suggérera.

14. Pourquoi déchiré-je ma chair avec mes dents? et pourquoi est-ce que je porte ma vie entre mes mains?

15. Quand Dieu me tuerait, je ne laisserais pas d'espérer en lui. Ainsi j'exposerai mes voies en sa présence ;

16. Et il sera lui-même mon Sauveur ; car aucun hypocrite n'osera paraître devant ses yeux.

17. Rendez-vous attentifs à mes paroles ; prêtez l'oreille aux vérités cachées que je vais vous dire.

18. Si ma cause était jugée, je sais que je serais reconnu innocent.

19. Qui est celui qui veut entrer avec moi en jugement? Qu'il vienne, pourquoi me laisserai-je consumer sans avoir parlé?

13. *Tacete paulisper.* Recueillez-vous. Job dit à ses amis, qu'en présence d'un problème aussi mystérieux, leur devoir aurait été d'adorer en silence les jugements de Dieu et qu'ils ne devaient pas recourir à une supposition injurieuse et fausse pour chercher à expliquer sa conduite. Il proteste de nouveau de son innocence, et il reste étonné de toutes les souffrances qu'il endure, parce qu'il ne peut concevoir pourquoi Dieu s'acharne à ce point contre lui ; surtout quand il réfléchit à la faiblesse de l'homme et à la brièveté de la vie.

8. *Faciem ejus accipitis.* Id est, honoratis, quasi dicat : Numquid vultis Deo favere more hominum accipientium personam potentium ? Vel vultisne Deum gratificari me opprimendo, ut soletis facere apud principes ?

9. *Quem celare nihil potest. Tó celare* positum est pro *latere.* Novit ille quo spiritu ducamini dum hæc disputatis, scilicet non studio veritatis, sed temeritate judicii.

10. *Ipse vos arguet.* Vestrum istum agendi modum damnabit. — *In abscondito.* Latenter, dissimulanter. Non delectatur vestris mendaciis, etiamsi pro illo sententiam pronuntiare videamini ; est enim recti et veri amator, nec vult mihi insonti crimina impingi.

11. *Commoverit.* In vos iratus. — *Turbabit vos.* LXX, *versabit,* circumaget, perterrefaciet, ad terram affliget.

12. *Comparabitur cineri.* Quem modicus ventus facile dispergit, et dissipat. — *Et redigentur.* Et superbæ cervices vestræ usque ad lutum curvabuntur, vel ut lutum calcabimini.

14. *Quare lacero.* Sententia versiculi hujus hæc esse videtur : existimatis me desperantis instar velle mihi mortem conciscere manibus meis? at quorsum ego me lacerem, et mihi ipsi vitam eripiam? Prius sane vita quam spe cadam ; ita D. Thom. Cajet. Lyran. Pineda. Alii ita interpretantur : Tam dira patior ac si dentibus me dilaniarem ; quæ est expositio Emman. Sa. — *Animam meam.* Non eo sum animo ut animam meam vitamque ipsam per impatientiam et melioris conditionis desperationem abjiciam, et voluntario discrimini atque morti objiciam.

15. *Etiamsi occiderit me.* LXX habent, *licet opprimat me qui potens est, quoniam cæpit, tamen loquar et coram eo arguam.* Hebræus, *ecce occidit me, non sperabo : verumtamen vias meas in conspectu ejus arguam ;* ita vertit Pagninus. Sententia esse videtur : quamvis me occidat (quod fili facere licet, quando quidem Dominus est), adhuc tamen causam innocentiæ meæ ab illo cognosci et coram illo dicere, et argumenta proferre volo quibus ostendam me mala hæc non pati propter scelera mea, ut vos existimatis.

16. *Non enim veniet in conspectu ejus.* Venire in conspectum Dei est coram illo judice stare, apparere, loqui, fiducia aliqua de sua causæ æquitate concepta. — *Hypocrita. Flagitiosus,* ut vertit Vatablus ; vel *impius,* ut Pagninus interpretatur.

17. *Ænigmata.* Quæ scilicet vos intelligere nolle videmini. Hebr. habet, *narrationem.*

19. *Quis est qui judicetur mecum?* Quisnam mecum vult judicio contendere ? — *Quare tacens consumor?* Quare in disceptationem nos descendimus, cujus desiderio maxime flagro, ideoque dolco quod nondum pro me coram judice loquor. Italice dicoremus : *Che stiamo a fare? Perchè non si dà principio a questo giudicio? Mi struggo di desiderio di dir la mia ragione.*

20. Je vous demande seulement deux choses; et après cela je ne me cacherai point devant votre face.
21. Retirez votre main de dessus moi, et ne m'éprouvez point par la terreur de votre puissance.
22. Appelez-moi, et je vous répondrai; ou bien souffrez que je vous parle moi-même, et répondez-moi.
23. Combien ai-je *commis* d'iniquités et de péchés? Faites-moi voir mes crimes et mes offenses.
24. Pourquoi me cachez-vous votre visage? et pourquoi me croyez-vous votre ennemi?
25. Vous faites éclater votre puissance contre une feuille que le vent emporte, et vous poursuivez une paille sèche.
26. Car vous donnez contre moi des arrêts très-sévères; et, vous voulez me consumer pour les péchés de ma jeunesse.
27. Vous m'avez mis les pieds dans les ceps, vous avez observé tous mes sentiers, et vous avez considéré avec soin toutes les traces de mes pas,
28. Moi qui ne serai que pourriture, et qui deviendrai comme un vêtement mangé des vers.

20. Duo tantum ne facias mihi, et tunc a facie tua non abscondar;
21. Manum tuam longe fac a me, et formido tua non me terreat.
22. Voca me, et ego respondebo tibi; aut certe loquar, et tu responde mihi.
23. Quantas habeo iniquitates et peccata? Scelera mea et delicta ostende mihi.
24. Cur faciem tuam abscondis, et arbitraris me inimicum tuum?
25. Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, et stipulam siccam persequeris;
26. Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.
27. Posuisti in nervo pedem meum, et observasti omnes semitas meas, et vestigia pedum meorum considerasti;
28. Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comedit tur a tinea.

CHAPITRE XIV.

Suite de la réponse de Job à Sophar.

1. Car l'homme né de la femme vit très-peu de temps, il est rempli de beaucoup de misères.
2. Il naît comme une fleur qui n'est pas plus tôt éclose qu'elle est foulée aux pieds; il fuit comme l'ombre, et il ne demeure jamais en un même état.
3. Et vous croyez qu'il soit digne de vous d'ouvrir les yeux sur lui, et de le faire entrer en jugement avec vous?

1. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis.
2. *a* Qui quasi flos egreditur et conteritur, et fugit velut umbra, et numquam in eodem statu permanet. [a *Supr.* 8. 9. *Psal.* 143. 4.]
3. Et dignum ducis super hujusmodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicium?

23. *Quantas habeo iniquitates?* Ce tableau des misères humaines qui se trouve à la fin de ce chapitre et au commencement du chapitre suivant, fait l'objet des leçons IVe et V^e au 2e nocturne de l'office des morts.

20. *Ne facias.* Tu Deus. — *Non abscondar.* Audebo comparere.
21. *Manum tuam longe fac.* Duo peto: alterum, ut respirare mihi tantispar liceat ab eo dolore qui liberam eripit loquendi facultatem; alterum, ne me terreas nimis; cum ante tuum tribunal stetero.
22. *Voca me.* Dat Deo optionem, sive velit contra Job objicere ipso respondente, sive respondere ipso objiciente.
23. *Quantas habeo iniquitates?* Jam incipit Job pro se ipso causam dicere, quasi responsum a Deo tulisset, ut quæ vellet pro justitia et innocentia sua proferret Tè *quantas* idem est ac *quot quantasque.*
24. *Faciem tuam abscondis.* Me non ut prius tuo favore prosequeris. — *Arbitraris.* Ita mecum agis, ita me tractas ac si inimicus mihi esses.
26. *Scribis contra me amaritudines.* Velut scripta contra me severa gravique sententia acerbe me mulctas. — *Consumere me vis.* Fortissæ veteres adolescentiæ meæ culpas mihi objicis, et propter illas quasi a pœnitentia et bonis operibus oblitteratas crodidi, me malis atteris.
27. *In nervo.* In compedi; est enim *nervus*, ex Festo, *vinculum ferreum quo pedes, vel cervices impediuntur*, quasi dicat: In carcerem tribulationum compulisti me. — *Semitas meas.* Actiones meas.
28. *Qui quasi putredo.* Ita mecum agis contra me potentiam tuam expromens, cum tamen vilis sim et corruptioni obnoxius, cujus miseranda potius videtur conditio, quam malis affligenda.

Cap. XIV. — 3. *Aperire oculos tuos.* Miror quod adeo te demittas ut hominem vel aspicere digneris. — *Adducere eum tecum in judicium.* LXX, *et hunc venire fecisti in judicium coram te.* Quasi dicat: Miror quod etiam de rebus minutissimis et levissimis hominem rationem reddere, tuque illum judicare velis.

4. *a* Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nonne tu qui solus es? [a *Psal.* 50. 4.]
5. Breves dies hominis sunt, numerus mensium ejus apud te est; constituisti terminos ejus, qui præteriri non poterunt.
10. *Non inveniam in vobis ullum sapientem.* Le sage est le philosophe ou le savant qui croit pouvoir rendre raison des événements. Les amis de Job se croyaient sages, et ils ne l'étaient pas, puisqu'ils croyaient que le juste est toujours heureux ici-bas et qu'il n'y a que le méchant qui souffre. Job avait vu passer ses heureux jours; toutes ses pensées de grandeur et de fortune s'étaient évanouies; à la prospérité le malheur avait succédé; ses espérances n'étaient plus, comme l'auraient voulu ses amis, pour la vie présente. Il n'espérait plus d'autres biens que ceux qui nous attendent au delà du tombeau. Toute autre attente lui semblait vaine, parce qu'il se voyait près de sa fin: *Infernus domus mea est.*

7. *Ab indignatione.* Dei, qua affligor. Vel ab indignatione mea, dolore scilicet et mœstitia. Simile illud Psalm. 37, 11: *Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum, et ipsum non est mecum.*

8. *Stupebunt justi.* Apud vulgus ignarum et vecors Eliphaz et sociorum melior videtur esse causa, sed justi stupebunt quidem super hoc quod mihi accidit; importunitatem tamen ejus et amicorum damnabunt, aversabuntur, et contra illam in meam defensionem consurgent.

9. *Viam suam.* Viam virtutis, per quam ambulat. — *Addet fortitudinem.* Confirmabitur in bene agendi proposito; tantum abest ut meo infortunio ad deferendum officium moveatur.

10. *Convertimini.* Videtur Job amicos provocare ad instaurandam disputationem; quasi jam illis obmutescentibus insultet, aut illos lacessat ad pugnam. — *Non inveniam... sapientem.* Faxo ut insipientes appareatis.

11. *Dies mei transierunt.* Redit ad querelas suas, quod miseri faciunt et ægrotantes, qui semper eadem revolvuntur et eadem sæpius insulcant. Vide dicta superiori c. n. 23. — *Dissipatæ.* Variis motibus agitatæ, doloris, timoris, spei, etc., qui affectus animum meum incursant et turbant.

12. *Noctem verterunt in diem.* Angores, quibus crucior, faciunt ut noctem insomnem transigam. — *Post tenebras spero lucem.* Cum in nocte nihil inveniam levamenti, iterum lucem reddi et diem oriri desidero.

13. *Si sustinuero.* Si patienter expectavero, tandem mors aderit, ea me sepulcro condet, et æternæ quieti pacatoque somno quo nunc careo, tradet, ibi ad diuturnum tempus sternam lectulum meum. Vel sententia est: quantumvis patienter feram, ut facio, et vos monetis, non tamen in priorem statum restituar, sed moriar, etc.

14. *Putredini dixi.* Spero autem brevi adfuturam mihi mortem quam opto; nam magna mihi propinquitas cum morte et vermibus sepulcri contracta est, propter corpus quod mihi jam nunc putrescit et vermibus scatet. Italice diceremus: *Mi vò domesticando con la putredine, e con li vermi, con li quali in questo mio infermità hò contratta gran parentela.*

15. *Ubi est ergo nunc præstolatio mea.* Cur ergo animo alacri mihi lætum mortis diem non præstolor? * Vel ubi est pristina felicitas quam me præstolari jubetis? — *Et patientiam meam quis considerat?* In Hebr. est, *quis videbit eam?* quasi dicat: Utinam patienter agere mihi contingat, et omnes patientiam meam impletam videant.

16. *In profundissimum.* Sepulcro condar, ibi quietem spero.

CHAPITRE XVIII.

Deuxième discours de Baldad à Job.

1. Baldad, de Suh, répondit à *Job*, et dit :

2. Jusqu'à quand vous répandrez-vous en tant de paroles? Comprenez *ce que nous vous disons;* et après cela nous vous parlerons.

3. Pourquoi passons-nous dans votre esprit pour des animaux sans raison? et pourquoi n'avez-vous que du mépris pour nous.

4. Si vous êtes résolu de perdre votre âme dans votre fureur, la terre sera-t-elle abandonnée à cause de vous? et les rochers seront-ils transportés de leur place?

5. La lumière de l'impie ne s'éteindra-t-elle pas? et la flamme qui sort de son feu ne sera-t-elle pas sans éclat?

6. La clarté qui luisait dans sa maison sera obscurcie; la lampe qui éclairait au-dessus de lui perdra sa lumière.

7. Avec toute sa force il ne marchera qu'à l'étroit; et ses conseils le feront tomber dans le précipice.

8. Car il a engagé ses pieds dans les rets, et il marche au milieu du filet.

9. Son pied sera pris dans ce filet; et la soif le dévorera.

10. Le piége qu'on lui a préparé est caché sous la terre; et on lui tend un appât le long du sentier.

11. *Ainsi* les terreurs l'assiégeront de toutes parts et l'envelopperont dans ses démarches.

12. La faim *qu'il souffrira* changera sa force en langueur, et son estomac n'ayant point de nourriture deviendra tout faible.

1. Respondens autem Baldad Suhites, dixit :

2. Usque ad quem finem verba jactabitis? intelligite prius, et sic loquamur.

3. Quare reputati sumus ut jumenta, et sorduimus coram vobis?

4. Qui perdis animam tuam in furore tuo, numquid propter te derelinquetur terra, et transferentur rupes de loco suo?

5. Nonne lux impii extinguetur; nec splendebit flamma ignis ejus.

6. Lux obtenebrescet in tabernaculo illius, et lucerna quæ super eum est, extinguetur.

7. Arctabuntur gressus virtutis ejus, et præcipitabit eum consilium suum.

8. Immisit enim in rete pedes suos, et in maculis ejus ambulat.

9. Tenebitur planta illius laqueo, et exardescet contra eum sitis,

10. Abscondita est in terra pedica ejus, et decipula illius super semitam.

11. Undique terrebunt eum formidines, et involvent pedes ejus.

12. Attenuetur fame robur ejus, et inedia invadat costas illius.

Cap. XVIII. — 1. *Intelligite prius.* Baldad avait sans doute été blessé des accusations portées par Job lui-même contre ses amis, qu'il avait engagés à se convertir avant de censurer les autres. Il reproche à Job de vouloir déplacer la question et renouveller le principe établi par Eliphaz et par Sophar; c'est que la justice de Dieu ne fait jamais souffrir que les méchants. Ce principe lui semble une des lois du monde moral, et il certifie à Job que ses négations n'ébranleront pas cette loi, parce qu'il n'est pas plus donné à l'homme de changer les lois morales que les lois physiques (vers. 4-6).

5. *Nonne lux impii extinguetur.* D'après cet ordre immuable, la lumière de l'impie ne s'éteindra-t-elle pas? Tout le reste du chapitre est une peinture des maux dont les méchants sont affligés. Cette description avait déjà été faite par Eliphaz en termes plus éclatants. Cette déclamation ne fait donc pas avancer la question d'un pas, mais si elle n'a pas de valeur au point de vue philosophique, elle est d'une grande richesse littéraire.

Cap. XVIII. — 2. *Usque ad quem finem.* Quandonam finis erit tantæ verbositatis? Insimulat Job loquacitatis. — *Intelligite prius.* Quasi dicat : Non intelligis, o Job, quinam sit orationis nostræ scopus, nec que tu profers sunt ad rem.

3. *Reputati sumus ut jumenta.* Nos enim plane rudes et indoctos pronuntiasti cum dixisti : *Cor eorum longe fecisti a disciplina*, c. 17, n. 4. — *Sorduimus.* Viles habiti sumus.

4. *Perdis animam tuam.* Vitæ usuram tibi adimis. — *In furore tuo.* Cum indignaris, impatienter agis, nec tuarum aerumnarum causam agnoscis. — *Numquid propter te derelinquetur terra.* Putasne tua causa Deum providentiæ suæ ordinem immutare velle, ut solemne suum non teneat, scelestos et impios, qui se a culpa abstrahi non sinunt, punlendo?

5. *Lux impii.* Felicitas impii.

6. *Super eum est.* Quæ illi fulget.

7. *Arctabuntur gressus.* In magnas angustias et difficultates incidet, ex quibus non possit emergere. — *Virtutis.* Potentiæ, quasi dicat : Non poterit facere quæ vellet. — *Præcipitabit eum consilium suum.* Vitæ ratio, et propositum pravum quod sequitur.

8. *Immisit.* Seipsum in rete et in laqueos induxit. — *Maculis.* Maculæ sunt retium foramina.

9. *Sitis.* In Hebr. *sitibundi*, aut *sitientes*, grassatores sciliicet, aut prædones, qui illius exitium optant, et quodammodo sitiunt.

11. *Involvent pedes ejus.* Dum fugam glomerat, præ trepidatione et festinatione, pedibus implicatis inter se, in terram ruet.

12. *Robur ejus.* Corporis fortitudo fame languescat. Alii *robur* filios interpretantur.

13. Devoret pulchritudinem cutis ejus, consumat brachia illius primogenita mors.

14. Avellatur de tabernaculo suo fiducia ejus, et calcet super eum, quasi rex, interitus.

15. Habitent in tabernaculo illius socii ejus, qui non est; aspergatur in tabernaculo ejus sulphur.

16. Deorsum radices ejus siccentur, sursum autem atteratur messis ejus.

17. *a* Memoria illius pereat de terra, et non celebretur nomen ejus in plateis. [a *Prov.* 2. 22.]

18. Expellet eum de luce in tenebras, et de orbe transferet eum.

19. Non erit semen ejus neque progenies in populo suo, nec ullæ reliquiæ in regionibus ejus.

20. In die ejus stupebunt novissimi, et primos invadet horror.

21. Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, et iste locus ejus qui ignorat Deum.

13. La mort la plus terrible dévorera l'éclat de son teint; elle consumera toute la force de ses bras.

14. Les choses où il mettait sa confiance seront arrachées de sa maison; et la mort le foulera aux pieds, comme *ferait* un roi.

15. Les compagnons de celui qui n'est plus habiteront dans sa maison : et on y répandra le soufre.

16. Ses racines qui tendaient en bas se sècheront; ses branches qui montaient en haut seront retranchées.

17. La mémoire périra de dessus la terre, et on ne parlera plus de son nom dans les places publiques.

18. On le précipitera de la lumière dans les ténèbres, et il sera transporté hors de ce monde.

19. Sa race ne subsistera plus, il n'aura point de postérité parmi son peuple, et il ne restera rien *de sa famille* dans son pays.

20. Ceux qui viendront après lui seront étonnés de sa perte, et ceux qui seront de son temps en seront saisis d'horreur.

21. Telle sera la *ruine de la* maison de l'injuste, et la fin de celui qui ignore Dieu.

CHAPITRE XIX.

Réponse de Job au deuxième discours de Baldad.

1. Respondens autem Job, dixit :

2. Usquequo affligitis animam meam, et atteritis me sermonibus.

3. En, decies confundistis me, et non erubescitis opprimentes me.

4. Nempe, etsi ignoravi, mecum erit ignorantia mea.

5. At vos contra me erigimini, et arguitis me opprobriis meis.

6. Saltem nunc intelligite, quia Deus non æquo judicio afflixerit me, et flagellis suis me cinxerit.

1. Alors Job répondit, et dit :

2. Jusqu'à quand affligerez-vous mon âme, et me tourmenterez-vous par vos discours.

3. Voilà déjà dix fois que vous voulez me confondre, et que vous ne rougissez point de m'accabler.

4. Quand je serais dans l'ignorance, mon ignorance ne regarde que moi seul.

5. Mais vous vous élevez contre moi, et vous prétendez que l'état où je suis réduit est une preuve que je suis coupable.

6. Comprenez au moins maintenant que ce n'est point par un jugement de justice que Dieu m'a affligé, et qu'il m'a frappé de ses plaies.

Cap. XIX. — 6. *Deus non æquo judicio afflixerit me.* La souffrance peut être un châtiment; dans ce cas elle doit être proportionnée au crime. C'est à la justice à en fixer la me-

13. *Primogenita mors.* Mors cæteris acerbior, feralior et funestior.

14. *Fiducia ejus.* Divitiæ et supellex. — *Quasi rex.* Adeo potenter et violenter ut resisti non possit.

15. *Socii ejus, qui non est.* Mors, vastitas, inanitas, omnium rerum nuditas, et egestas. Nam qui alii socii sunt ejus, qui non est? cum enim pares paribus socientur, ejus *qui non est* socius esse non potest, id quod est, quod floret, et quod bene habet. — *Aspergatur... sulphur.* Hunc phrasis vel vastitatem et sterilitatem a Deo immissam significat, qui *pluet super peccatores laqueos, ignis, et sulphur*, ut dicitur Psalm. 10, 7. Vel luctum in morte domesticorum; solebant enim, ut aliquibus placet, sulphureos suffitus sensibus ingratos in mœroria argumentum domini excitare. Vel significat domum primis habitatoribus vacuam ab eis qui eam postea incolent sulphuro purgandam et lustrandam. Vide Martin. Delrio, tom. 2, adagiali 8.

16. *Atteratur.* Hebr. *succidetur.* — *Messis ejus.* Hebr. *ramus ejus.* Germina, propagines, rami, familia sciliicet et filii.

18. *Expellet eum.* Dominus, vel mors, aut calamitas.

20. *In die ejus.* In morte, aut genere mortis ejus. — *Novissimi.* Posteri qui deinceps vivent. — *Primos.* Cœtaneos impii. Omnes, primos et novissimos, stupor et horror occupabit.

21. *Hæc sunt... tabernacula.* Hic exitus manet impium, ejusque domum et familiam.

Cap. XIX. — 3. *Decies.* Sæpe. — *Confundistis me.* Ignominia et pudore afficitis, * et confundere conamini.

4. *Nempe et si ignoravi.* Si quid erravi disputans, respondens, meamque innocentiam defendens, nihil vos lædi; meo periculo et damno ignoravi.

5. *Opprobriis meis.* In me jactis, quibus me petitis. * Vel meas miserias, quæ mihi sunt opprobrio, objicientes, quasi sint peccatorum meorum supplicium.

6. *Non æquo judicio.* Non pœnas peccatis ad æqualitatem rependens, * sed alias habens causas, calamitates has immisit in me.

7. Si je crie dans la violence que je souffre, on ne m'écoutera point; si j'élève ma voix, on ne me rendra point justice.

8. Le Seigneur a fermé de toutes parts le sentier par lequel il me fait marcher, et je ne puis plus passer, car il a répandu des ténèbres dans le chemin étroit où il m'a fait entrer.

9. Il m'a dépouillé de ma gloire, et il m'a ôté la couronne de dessus la tête.

10. Il m'a détruit de tous côtés, et je péris; et il m'a ôté toute espérance, comme à un arbre qui est arraché.

11. Sa fureur s'est allumée contre moi, et il m'a traité comme son ennemi.

12. Il est venu accompagné de ses soldats, ils se sont fait un chemin au travers de moi; et ils ont assiégé ma tente de toutes parts.

13. Il a écarté mes frères loin de moi; et mes amis m'ont fui comme ceux qui m'étaient les plus étrangers.

14. Mes proches m'ont abandonné, et ceux qui me connaissaient m'ont oublié.

15. Ceux qui demeuraient dans ma maison, et mes servantes, m'ont regardé comme un inconnu, et je leur ai paru comme un étranger.

16. J'ai appelé mon serviteur, et il ne m'a point répondu, *lorsque* je le priais, en lui parlant de ma propre bouche.

17. Ma femme a eu horreur de mon haleine; et j'usais de prières envers les enfants qui sont sortis de mon sein.

18. Les insensés mêmes me méprisaient; et je ne les avais pas plus tôt quittés, qu'ils médisaient de moi.

19. Ceux du conseil desquels je me servais autrefois m'ont eu en exécration, et celui que j'aimais le plus s'est déclaré mon ennemi.

20. Mes chairs ont été réduites à rien, mes os se sont collés à ma peau, et il ne me reste que les lèvres autour des dents.

21. Ayez pitié de moi, vous au moins qui êtes sure. Mais la souffrance peut être aussi une épreuve, soit pour nous préserver du mal, soit pour nous faire acquérir des mérites. Job était innocent. Les maux qui l'affligeaient ne venaient pas de Dieu; il pouvait donc dire que ce n'était pas par sa justice qu'il avait été frappé. C'était Satan qui avait demandé à l'éprouver. Ses amis étaient donc tout à fait dans l'erreur, lorsqu'ils voulaient à tout prix le trouver coupable et le forcer à reconnaître qu'il avait commis des fautes aussi grandes que ses souffrances.

8. *Semitam meam circumsepsit.* Dans ce tableau des souffrances de Job, on ne peut s'empêcher de reconnaître le tableau des souffrances du Christ, le juste par excellence.

20. *Pelli meæ.* Du verset 20 au verset 28, ce passage fait l'objet de la VIIIe leçon du IIIe nocturne de l'office des morts.

7. *Ecce clamabo.* Erumpit in querelas incheatum sermonem abrumpens, ut ii subinde faciunt qui magno aliquo dolore cruciantur. — *Nemo audiet.* Liberabit. — *Judicet.* Me tanquam reum ab inimicis circumventum sua sententia pronuntiet innocentem, et a malis eximat.

8. *Semitam meam circumsepsit.* Ita mihi Deus impedivit iter, ut progredi non valeam. Italice diceremus, *mi ha traversata la strada.* — *Tenebras posuit.* Ut quo iter intendam videre non possim. Significat hisce metaphoris se in magnis tenebris et difficultatibus versari.

9. *Gloria mea.* Divitiis, liberis et bonis omnibus. — *Abstulit coronam.* Est usitata repetitio ejus quod primo hemistichio dictum est, sed alia phrasi.

10. *Spem.* Status felicioris.

12. *Latrones ejus.* Ministri ejus, morbi, paupertas, mors filios perimens, etc. — *Fecerunt sibi viam per me.* Hebr. et LXX, *super me*; conculcaverunt me.

13. *Fratres meos.* Consanguineos, propinquos. — *Noti mei.* Amici.

15. *Inquilini.* Qui domui meæ habitabant.

17. *Filios uteri mei.* LXX habent, *filios concubinarum mearum;* nam filii quos ex primaria uxore susceperat, procumbentis domus ruina oppressi perierant.

18. *Stulti.* Impii, petulantes.

19. *Consiliarii mei.* Familiarissimi, quibuscum arcana communicabam. — *Quem maxime diligebam.* Amicissimus quisque.

* 20. *Pelli meæ.* Marasmum describens videtur, cum scilicet, exhausto corporis succo, ossa cuti pre siccitate adherescunt. — * *Derelicta sunt tantummodo.* Absumptis gingivis et genis.

saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.

22. Quare persequimini me sicut Deus, et carnibus meis saturamini?

23. Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei? quis mihi det ut exarentur in libro,

24. Stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice?

25. Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissimo die de terra surrecturus sum;

26. Et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum.

27. Quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspecturi sunt, et non alius; reposita est hæc spes mea in sinu meo.

28. Quare ergo nunc dicitis: Persequamur eum, et radicem verbi inveniamus contra eum?

29. Fugite ergo a facie gladii, quoniam ultor iniquitatum gladius est; et scitote esse judicium.

mes amis, ayez pitié de moi, puisque la main du Seigneur m'a frappé.

22. Pourquoi me persécutez-vous, comme Dieu *même?* et vous plaisez-vous à vous rassasier de ma chair?

23. Oh! qui m'accordera que mes paroles soient écrites? qui me donnera qu'elles soient tracées dans un livre,

24. Qu'elles soient gravées sur une lame de plomb avec un style de fer, ou sur la pierre avec le ciseau?

25. Car je sais que mon Rédempteur est vivant, et que je ressusciterai de la terre au dernier jour.

26. Et *alors* je serai revêtu de nouveau de ma peau, et je verrai mon Dieu dans ma chair.

27. Je le verrai, *dis-je*, moi-même, et non un autre; et je le contemplerai de mes propres yeux. C'est là l'espérance que j'ai, et qui reposera toujours dans mon sein.

28. Pourquoi donc, dites-vous: Persécutons-le, et cherchons en lui des prétextes pour le décrier.

29. Fuyez donc de devant l'épée qui vous menace, parce qu'il y a une épée vengeresse de l'iniquité, et songez qu'il y a un juge.

CHAPITRE XX.

Deuxième discours de Sophar.

1. Respondens autem Sophar Naamathites, dixit:

1. Sophar de Naamath répondit ensuite, *et* dit:

22. *Sicut Deus.* Sicut me Deus afligit ærumnis, morbis, etc. — *Carnibus meis saturamini.* Simile illud Psalmi 26, 2: *Appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas:* ita me vexant, ut ferinum in morem carnibus meis explere se velle videantur.

23. *Quis mihi tribuat.* Magnum esse oportet quod dicturus est Job, optatque ut ad perpetuam rei memoriam marmori inscribatur.

24. *Celte.* Instrumentum est sculptorium.

25. *Redemptor meus vivit.* Deus qui est immortalis. Hæc sunt quæ scribi volebat in marmore, scilicet a Deo immortali, et vitæ in nobis auctore, suscitandum se esse ad meliorem vitam et perpetuo duraturam.

26. *In carne mea videbo Deum meum.* Christum Dominum oculis corporeis, oculis vero mentis divinam essentiam.

27. *Et non alius.* Non alius pro me videbit, sed egomet tam beato spectaculo fruar.

28. *Quare ergo nunc dicitis?* Cur me innocentem, et olim tanti boni compotem futurum in resurrectione, pergitis insectari et persequi? — *Radicem verbi.* Occasionem calumniandi.

29. *Fugite... a facie gladii.* Timete vobis ab ultrice Dei dextera. — *Scitote esse judicium.* Itaque ne putetis vos impune laturos que peccaveritis.

2. C'est pour cela même qu'il me vient pensées sur pensées, et que mon esprit est diversement agité.
3. J'écouterai les reproches que vous me faites, et l'esprit d'intelligence qui est en moi répondra pour moi.
4. Ce que je sais, *et* ce qui a été toujours également vrai depuis que l'homme a été créé sur la terre,
5. C'est que la gloire des impies est bientôt passée, et que la joie de l'hypocrite n'est que d'un moment.
6. Quand son orgueil s'élèverait jusqu'au ciel, et que sa tête toucherait les nues,

7. Il périra à la fin, comme un fumier; et ceux qui l'avaient vu diront : Où est-il ?

8. Il s'évanouira comme un songe, et il disparaîtra comme un fantôme qu'on voit durant la nuit.
9. L'œil qui l'avait vu ne le verra plus, et le lieu où il était né ne le connaîtra plus.

10. Ses enfants seront accablés de pauvreté; et ses propres mains lui rendront le mal qu'il a fait aux autres.
11. Les dérèglements de sa jeunesse pénétreront jusque dans ses os, et se reposeront avec lui dans la poussière.
12. Car lorsque le mal est doux à sa bouche, il le cache sous sa langue,
13. Il ménage cette viande, il ne cesse point de la goûter, et il la retient dans son palais :

2. Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, et mens in diversa rapitur.

3. Doctrinam qua me arguis, audiam, et spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.
4. Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram,

5. Quod laus impiorum brevis sit, et gaudium hypocritæ ad instar puncti.

6. Si ascenderit usque ad cœlum superbia ejus, et caput ejus nubes tetigerit;
7. Quasi sterquilinium in fine perdetur : et qui viderant, dicent : Ubi est?
8. Velut somnium avolans non invenietur, transiet sicut visio nocturna.
9. Oculus qui eum viderat, non videbit, neque ultra intuebitur eum locus suus.
10. Filii ejus atterentur egestate, et manus illius reddent ei dolorem suum.

11. Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ ejus, et cum eo in pulvere dormient.
12. Cum enim dulce fuerit in ore ejus malum, abscondet illud sub lingua sua,
13. Parcet illi, et non derelinquet illud, et celabit in gutture suo :

Cap. XX. — 2. *Et mens in diversa rapitur.* Sophar est ému de ce que Job vient de dire. Les sentiments du patriarche sont si élevés, ses espérances si belles et si pures qu'on ne peut voir en lui un méchant. Cependant Sophar est imbu des mêmes préventions que ses amis, et comme ses regards ne veulent pas aller au delà de la vie présente pour y chercher une satisfaction à la justice de Dieu, il ne peut concilier l'innocence de Job avec les maux qu'il souffre et il lui semble que la justice de Dieu, qui rend à chacun selon ses œuvres, ne permet pas d'expliquer cette espèce de scandale.

7. *In fine perdetur.* Assurément, le vrai bonheur ne se rencontre qu'avec la vertu. Le triomphe de l'impie tourne à la fin contre lui. Car il faut qu'il arrive devant le souverain Juge, et alors aurait-il été heureux pendant le temps qu'il a été sur la terre, il expie cette félicité usurpée. Mais pour que la loi morale ait sa sanction, il faut voir l'action de Dieu au delà de ce monde.

8. *Velut somnium avolans non invenietur.* Ce tableau est tracé avec une grande énergie. Il peut fournir à l'orateur de la chaire de magnifiques images et des traits sublimes pour peindre la peine effroyable de l'hypocrite et de l'impie.

Cap. XX. — 2. *Idcirco.* Quia scilicet dixisti gladium esse iniquitatis ultorem.

3. *Doctrinam qua me arguis.* Quasi dicat : Non invitus audio quæ tu contra sententiam nostram profers argumenta; tantum tamen suppetit doctrinæ, ut ea dissolvere possimus.

5. *Laus impiorum.* Lætitia, ut habent LXX; exultatio, ut habet D. Chrysostomus, prosperitas, etc. — *Ad instar puncti.* Momentanea.

6. *Superbia ejus.* Sublimitas ejus, ut vertit Pagninus.

7. *Quasi sterquilinium... perdetur.* Abjicietur ut res vilissima et sordidissima. — *Qui eum viderant.* Qui prius viderant superbum eum florcrot. — *Ubi est!* Quomodo periit, et gloria illius evanuit!

8. *Visio nocturna.* Idem significat quod somnium in priore hemistichio; est enim repetitio sacræ Scripturæ familiaris.

9. *Locus suus.* Sic supra, c. 7, n. 10, dicitur : *Neque cognoscet eum amplius locus ejus.* Non occupabit amplius locum suum. Simili phrasi dicimus italice : *Questa casa non mi vedrà più.*

10. *Manus illius.* Opera ejus, quasi dicat : Punietur ob mala sua opera. — *Dolorem.* Quem aliis intulit, violentiam, injustitiam.

11. *Ossa ejus.* Per totam vitam vitiis vacabit, illique tenaciter adhærebit culpa et pœna quæ ad sepulcrum usque illum comitabuntur.

12. *Cum enim dulce fuerit.* Sententia est, malos a consuetudine peccandi, de qua superiori versiculo dixerat, difficile abstrahi; nam cum ejus dulcedinem, qua inescantur, gustaverint, gulones imitantur, qui cum suavem cibum habent in ore, ut voluptatem ex ejus gustu captent, non atterunt dentibus, sed illi parcunt donec liquatus per se defluat per fauces.

14. Panis ejus in utero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.
15. Divitias quas devoravit, evomet, et de ventre illius extrahet eas Deus.

16. Caput aspidum suget, et occidet eum lingua viperæ.
17. (Non videat rivulos fluminis, torrentes mellis, et butyri.)
18. Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur; juxta multitudinem adinventionum suarum, sic et sustinebit.
19. Quoniam confringens nudavit pauperes; domum rapuit, et non ædificavit eam.
20. *a* Nec est satiatus venter ejus; et cum habuerit quæ conquiperat, possidere non poterit. [*a Eccli.* 5. 9.]
21. Non remansit de cibo ejus, et propterea nihil permanebit de bonis ejus.

22. Cum satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, et omnis dolor irruet super eum.
23. Utinam impleatur venter ejus, ut emittat in eum iram furoris sui, et pluat super illum bellum suum.

24. Fugiet arma ferrea, et irruet in arcum æreum.
25. Eductus, et egrediens de vagina sua, et fulgurans in amaritudine sua; vadent et venient super eum horribiles.
26. Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis ejus; devorabit eum ignis,

14. *Mais* le pain, dans son estomac, sera changé dans ses entrailles en un fiel d'aspic.
15. Il rejettera les richesses qu'il avait dévorées, et Dieu les arrachera par force de son estomac.
16. Il sucera la tête des aspics, et la langue de la vipère le tuera.
17. Il ne verra point les ruisseaux du fleuve, ni les torrents de miel et de lait.
18. *Mais* il souffrira les peines des maux qu'il a faits, sans en être consumé, et l'excès de ses tourments égalera celui de ses crimes;
19. Car il a dépouillé les pauvres, et il les a foulés aux pieds; il leur a ravi leurs maisons qu'il n'avait point fait bâtir.
20. Mais son ventre n'en a point été rassasié; et après qu'il a obtenu ce qu'il avait tant désiré, il n'en a pu jouir.
21. Quand il a mangé, il n'a rien laissé : c'est pour cela qu'il ne lui demeurera rien de tous ses biens.
22. Après qu'il se sera bien soûlé, il se trouvera dans des étouffements qui le déchireront, et les douleurs l'accableront de toutes parts.
23. Après qu'il aura pris plaisir à remplir son estomac de viandes, Dieu l'attaquera dans sa fureur, et fera pleuvoir sur lui ses traits *et* ses foudres.
24. S'il fuit les pointes de fer, il tombera sur un arc d'airain.
25. L'épée tirée du fourreau, l'épée foudroyante le percera cruellement, et des *spectres* horribles passeront et repasseront sur lui.
26. Les ténèbres les plus épaisses sont cachées dans le secret de son âme. Il sera dévoré par un

17. *Non videat rivulos fluminis.* Dans son commentaire, le P. de Carrières a entendu ce vers et le suivant des peines réservées à l'impie dans l'autre vie. « Il viendra un jour, dit-il, où il ne verra point couler sur lui les ruisseaux du fleuve dont Dieu enivre ses saints, ni les torrents de miel et de lait qu'il répand sur les justes. » Mais les amis de Job ne portent pas ordinairement leur vue au delà de la vie présente, et nous croyons qu'il est plus exact d'entendre seulement ceci de la prospérité et de l'abondance dont seront privés en ce monde les méchants.

14. *Panis ejus.* Sed cibus ille qui visus est suavissimus, tandem amarissimus evadet, et, ut subditur, vertetur in venenum.
16. *Caput aspidum.* Alii vertunt, *venenum aspidum;* eadem enim vox ראש *rosch*, et caput significat, et venenum, quod venenum sit in capite serpentum.
17. *Non videat.* Non videbit. — *Rivulos fluminis.* Rerum suavium abundantiam.
18. *Luet.* Pœnas dabit. — *Nec tamen consumetur.* Ut perpetuo pœnis locus esse possit. — *A diuventionum suarum.* Operum suorum, peccatorum suorum, in quibus fuit ingeniosus ad sensus oblectandos, et captandam voluptatem, aut ad exhauriendos pauperes.
19. *Confringens.* Opprimens. — *Rapuit.* Diripuit. — *Non ædificavit.* Est mitosis; minus enim dicitur quam significatur; nam *non ædificavit* idem est ac *evertit, perdidit.*
20. *Nec est satiatus.* Nunquam enim cupiditas expletur. — *Possidere non poterit.* Nam Deus extrahet de ventre ejus, ut dicitur n. 15.
21. *Non remansit de cibo ejus.* Omnia abligurivit, nihilque reliquum fecit. — *Nihil permanebit.* In quo peccavit punietur, et ingluvies ejus inopia vindicabitur; quæcumque enim devoraverat, refundere cogetur.
22. *Arctabitur, æstuabit.* Ut solent qui cibum aliquem comederunt a quo abhorret stomachus, nec illum ferre potest.
23. *Utinam impleatur venter ejus.* Quasi dicat : Impleat licet quantum vult ventrem suum, qui affectus non est optantis, sed permittentis, et quodnam immineat malum denuntiantis. — *Ut emittat in eum.* Nam emittet Deus in illum, etc.
24. *Fugiet arma ferrea.* Est forma loquendi adagialis, quæ in eos quadrat qui minus malum vitantes incidunt in aliud gravius, * juxta vulgatum illud :

Incidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.

Loquitur autem Sophar de peccatoribus qui, dum conantur effugere manus hominum, incidunt in manus Dei. Vide Martin. Delrio, tom. 2, adagiali 9.
25. *Eductus, et egrediens.* Gladius, calamus eductus est e vagina et pharetra. — *Fulgurans in amaritudine sua.* Vibratus fulgurat, et mortis amaritudinem minatur. — *Horribiles.* Terribiles hostes. Alii ex hebræo et græco legunt *terrores*, aut *horrores*.
26. *Omnes tenebræ.* Si quod perfugium aut latibulum queret, semper tamen illum funesti terrores comitabuntur. — *Ignis, qui non succenditur.* Quia nec unquam extinguitur, qualis

feu qui ne s'allume point *et* il sera laissé dans sa tente, *pénétré* d'affliction.

27. Les cieux révéleront son iniquité, et la terre s'élèvera contre lui.

28. Les enfants de sa maison seront exposés à la violence. Ils seront retranchés *du monde* au jour de la fureur de Dieu.

29. C'est là le partage que Dieu réserve à l'impie, et l'héritage qu'il recevra du Seigneur pour ses paroles.

qui non succenditur; affligetur relictus in tabernaculo suo.

27. Revelabunt cœli iniquitatem ejus, et terra consurget adversus eum.

28. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.

29. Hæc est pars hominis impii a Deo, et hæreditas verborum ejus a Domino.

CHAPITRE XXI.

Réponse de Job au deuxième discours de Sophar.

1. Job répondit ensuite, *et* dit :
2. Ecoutez, je vous prie, mes paroles, et changez de conduite.
3. Souffrez que je parle; et après cela moquez-vous, si vous voulez, de ce que je dis.
4. Est-ce avec un homme que j'ai à disputer, pour que je n'aie pas lieu de m'affliger?

5. Jetez les yeux sur moi, et vous serez frappés d'étonnement, et vous mettrez le doigt sur votre bouche.
6. Pour moi, quand je me souviens, je suis épouvanté et je tremble de tout le corps.

7. Pourquoi donc les impies vivent-ils? Pourquoi sont-ils *si* élevés et *si* remplis de richesses?

8. Ils voient leur race fleurir et se conserver devant leurs yeux; ils sont environnés d'une multitude de parents et de leurs petits-enfants.

1. Respondens autem Job, dixit :
2. Audite, quæso, sermones meos, et agite pœnitentiam.
3. Sustinete me, et ego loquar, et post mea, si videbitur, verba ridete.
4. Numquid contra hominem disputatio mea est, ut merito non debeam contristari?
5. Attendite me, et obstupescite, et superponite digitum ori vestro;

6. Et ego quando recordatus fuero, pertimesco, et concutit carnem meam tremor.
7. *a* Quare ergo impii vivunt, sublevati sunt, confortatique divitiis. [a *Jer.* 12. 1. *Habac.* 1. 13.]
8. Semen eorum permanet coram eis; propinquorum turba et nepotum in conspectu eorum.

CAP. XXI. — 2. *Agite pœnitentiam.* Changez de conduite et de manière de voir. Vous vous obstinez à me croire coupable, sous prétexte que Dieu est trop juste pour punir un innocent. Je ne puis donc, à votre sens, affirmer mon innocence sans contredire la justice de Dieu. Ce n'est donc pas avec un homme qu'il a affaire, mais c'est avec Dieu lui-même. C'est ce qui fait trembler Job. Quand il se rappelle son passé et qu'il voit son état présent, il se sent en présence d'un problème profond, et il voudrait du moins que ses adversaires en comprissent la gravité, et qu'ils s'impossassent silence pour y réfléchir avec plus de maturité.

7. *Quare ergo impii vivunt.* Les amis de Job ont tout fait, à plusieurs reprises, le tableau des peines qui frappent l'impie. S'il y a des méchants qui sont punis de leurs forfaits dès ici-bas, il y en a d'autres, au contraire, qui sont dans la prospérité. Job fait le tableau de ces heureux du siècle à qui tout réussit.

---

infernus est ignis. Sanchez intelligit de igne vibrato e cœlo. — *Relictus in tabernaculo suo.* Filius aut nepos impio patri superstes. Vel sensus est : conjectus in locum supplicii, et in eo desertus a Deo.

27. *Revelabunt.* Armabitur crea tura contra impium, atque illius iniquitatem suo testimonio prodet.

28. *Germen domus illius.* Malis exposita ejus posteritas. — *Detrahetur.* Auferetur, defuet, perdetur.

29. *Pars hominis.* Id quod impius a Deo timere potest et debet. — *Et hæreditas.* Est usitata repetitio prioris hemistichii. — *Verborum.* Operum.

CAP. XXI. — 2. *Agite pœnitentiam.* Mutate mentem, aliud jam sentite quam hactenus senseritis, pœnitet vos et pudeat pristini erroris.

3. *Sustinete.* Expectate, patienter audite.

4. *Numquid contra hominem.* Sententia esse videtur : merito vos attentos esse cupio, quia de re magna agitur, nimirum de divina providentia, de impiorum suppliciis, de piorum erumnis; nec cum homine disputo, sed cum Deo. "Id est, non est mihi quæstio de offensione, vel inimicitia hominum, quam parvipenderem, sed de offensa Dei, quam si incurrissem merito contristarer et angerer. — *Ut merito non debeam contristari!* Proprie ex hebræo, *cur non abbreviabitur*, vel *avcabitur spiritus meus!* LXX, *cur non irascar?* id est, cur non patiar angustias, mœrorem aperiam, et parum docilibus amicis vehementius respondeam! " Vel sensus est : cur Deus non statim vitam mihi adimit, si nempe, ita ut vos dicitis, nec malum evenit sine culpa, nec culpa ulla manet impunita!

6. *Recordatus fuero.* Ejus quod dicturus sum. — *Pertimesco.* Stupore defigor et horreo.

7. *Quare ergo impii vivunt.* Si, ut vos asseritis, hujus vitæ ærumnæ in scelerum vindictam immittuntur.

8. *Semen eorum.* Filii eorum. — *Permanet...* Vivunt, et incolumes sunt.

9. Domus eorum securæ sunt et pacatæ, et non est virga Dei super illos.
10. Bos eorum concepit, et non abortivit : vacca peperit, et non est privata fœtu suo.
11. Egrediuntur quasi greges parvuli eorum, et infantes eorum exultant lusibus.
12. Tenent tympanum, et cytharam, et gaudent ad sonitum organi.

13. Ducunt in bonis dies suos, et in puncto ad inferna descendunt.
14. Qui dixerunt Deo : Recede a nobis, et scientiam viarum tuarum nolumus.
15. *a* Quis est Omnipotens ut serviamus ei? et quid nobis prodest si oraverimus illum? [a *Malac.* 3. 14.]
16. Verumtamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium impiorum longe sit a me.
17. Quoties lucerna impiorum extinguetur, et superveniet eis inundatio, et dolores dividet furoris sui!

18. Erunt sicut paleæ ante faciem venti, et sicut favilla quam turbo dispergit.

19. Deus servabit filiis illius dolorem patris; et cum reddiderit, tunc sciet.

20. Videbunt oculi ejus interfectionem suam, et de furore Omnipotentis bibet.

9. Leurs maisons jouissent d'une profonde paix, et la verge de Dieu ne les touche point.
10. Leurs vaches conçoivent et conservent leurs fruits, elles s'en déchargent sans avorter jamais.

11. On voit sortir, comme des troupeaux, leurs enfants, qui dansent *et* sautent en se jouant.

12. Ils ont la harpe et les timbales à la main; et ils se divertissent au son des instruments de musique.
13. Ils passent leurs jours dans les plaisirs; et en un moment ils descendent dans le tombeau.
14. *Cependant* ils ont dit à Dieu : Retirez-vous de nous; nous ne voulons point connaître vos voies.
15. Qui est le Tout-Puissant, pour nous obliger à le servir? et quel est le bien qui nous reviendra quand nous le prierons?
16. Mais que les pensées de ces impies soient bien loin de moi, puisque les biens dont ils jouissent ne sont point en leur puissance.
17. Combien de fois voyons-nous que la lumière des impies s'éteint! et *alors* il leur survient un déluge *de maux, Dieu les* accable de douleurs, et il leur distribue les effets de sa fureur.
18. Ils deviennent comme la paille que le vent dissipe, et comme la poussière qui est enlevée par un tourbillon.
19. Dieu fera porter aux enfants la peine du père; et lorsqu'il lui rendra *ainsi ce qu'il mérite*, alors il comprendra.
20. *L'impie* verra de ses propres yeux sa ruine entière, et il boira de la fureur du Tout-Puissant.

13. *In puncto ad inferna descendunt.* Dans l'état de souffrance où est Job, il regarde une mort subite comme un bienfait. Les impies, qui n'ont aucun souci de la vie future, estiment aussi comme un avantage de sortir de ce monde sans douleurs, sans agonie. Dans l'ordre surnaturel, c'est un malheur de sortir de ce monde sans avoir le temps de se préparer à paraître devant Dieu. Mais Job, répondant à ses amis qui voulaient circonscrire l'action de la justice divine dans la vie présente, ne devait pas se placer ici à ce point de vue.

16. *Consilium impiorum longe sit a me.* Job ne porte pas pour cela envie à la prospérité des méchants, parce qu'il sait qu'elle n'est que passagère. Il ne nie pas qu'un grand nombre d'entre eux ne soient malheureux, et il fait le tableau de leur misère. Mais il soutient que par la même que leur sort est divers, il n'y a pas lieu d'établir la doctrine de ses contradicteurs, qui veulent que la justice de Dieu ait lieu en ce monde. Au contraire, cette justice est voilée, et le bon et le méchant sont également soumis ici-bas à la loi générale de la souffrance; c'est le sens des versets 23-26.

---

9. *Virga Dei.* Divinitus illatum flagellum.

11. *Egrediuntur.* Infantes eorum et pueruli circum domos lusitant et lasciviunt, sani, vegeti, hilares.

12. *Organi.* Musici alicujus instrumenti.

13. *In puncto ad inferna descendunt*, LXX, *in requie;* quasi dicat : Cito, et sine dolore, prius vitam absolvunt quam se in morbum, aut vitæ discrimen incidisse cognoscant. Infernus hoc loco ad litteram sepulcrum significat.

14. *Qui dixerunt Deo.* Est impii periphrasis. — *Recede a nobis.* Conantur enim impii exercere animo omnem salutarem cogitationem, et omne cum divinis rebus commercium, quasi fastidientes divinam præsentiam. — *Scientiam viarum tuarum.* Nolunt enim experiri qualis sit divinæ legis via.

16. *Non sunt in manu eorum bona sua.* Quia scilicet nec perpetua est eorum felicitas, nec in illorum arbitrio posita. — *Consilium.* Agendi modus quo se et rationes suas dirigunt.

17. *Quoties lucerna impiorum extinguetur?* Videtur respondere interrogationi n. 7 propositæ, *quare impii vivunt, etc.?* Respondet enim illis brevem hanc felicitatem indulgeri, æternum quærentes, quasi dicat : Quam frequenter et quam facile videmus felicitatem impiorum infelici et deprecanda morte obscurari! — *Inundatio.* Malorum. — *Dividet.* Deus pœnas cuique pro meritis tribuens.

19. *Servabit filiis illius dolorem patris.* Ærumnæ enim parentum in filios redundant, et filii multa patiuntur propter patrum scelera. Sic propter Salomonis peccata ejus filii et nepotes majori regni Israelitici parte caruerunt. — *Cum reddiderit.* Cum Deus merito supplicio peccatores affecerit, filios impii, v. g., immaturæ morti tradendo, parente superstite. — *Tunc sciet.* Tunc peccator intelliget gravitatem sceleris, et divinam providentiam res humanas non negligere.

20. *Interfectionem.* Interitum familiæ suæ. — *De furore Omnipotentis bibet.* De calice, imo de torrente divinæ indignationis.